



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolutiones
Lectissimorum Casuum**

Diana, Antonino

Antverpiæ, 1645

Festum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41753

fendere; iure tamen positivo prohiberi id potest, & re ipsa prohibitum est, nam talis occisor deprehensus, morte multatur, ut obuiam eatur infinitis caedibus, quæ sub prætextu tuendæ famæ, aut vitæ perpetrarentur. Coninc & alij 4. *ibid. res. 97. & p. 5. tr. 4. res. 7.*

5. Moriturus qui non vult restituere famam, sed tantum post mortem suam eam vult restitui à confessario, non potest absolui. *p. 5. tr. 3. res. 104.*

Famulus.

1. **S**I famulus ad annum conductus discedat ante tempus, debetur ei merces temporis quo seruiuit, nisi domini multum interesset eum diutius morari. *Rebell. & alij 3. p. 3. tr. 6. res. 15.*

2. Dominus non tenetur soluere salarium famulo infirmo quamdiu erit infirmus, nisi sit in extremâ, vel graui necessitate, tunc enim teneretur ex caritate. Imò potest ab eo exigere sumptus in eo curando factos. *Molina & alij 8. p. 1. tr. 8. res. 86.*

Festum.

1. **I**ter agere non est opus seruile, siue pedibus, siue equo fiat. *Suar. & alij 3.*

Imò

Imò nec venatio ferarum prohibetur die festo, etsi fiat propter lucrum; neque piscatio, nisi quæ fit deferentiâ retia, remigando, & similem laborem exercendo, atque ita tota posita est in corporis defatigatione. Granad. & alij. *p. 4. tr. 4. ref. 222.*

2 Diebus festis docere artem gladiariam, vel exercere, non est contra præceptum. Granad. & alij. neque si cum famulis cõputum in eas, & mercedem soluas. *ibid. ref. 230. & p. 5. tr. 13. ref. 83.*

3 Typographi die festo characteres ordinantes, non violant præceptum Ecclesiæ: sed ipsa librorum impressio sæuile est opus. Layman & Homobon. *p. 4. tr. 4. ref. 62.*

4 Notarij, Commissarij, & alij Officiales Curia, diebus festis transcribentes acta; Item qui sermones Concionatorum, & allegationes Doctorum mercede transcribunt, non videntur peccare mortaliter: talis enim actio de se est mentalis & spiritalis, & per accidens est quòd hac, vel illâ intentione fiat. Suarez & alij *5. p. 2. tr. 15. ref. 35.*

5 Agasones; seu muliones qui auditu sacro cum iumentis oneratis itinere committunt, non peccant mortaliter.

quia in oneribus leuandis & imponendis (quod est opus seruile) non multum temporis consumunt: ergo ob paruitatem materiæ à peccato mortali excusantur. Paruitas autem materiæ excusans à peccato mortali, est spatium duarum horarum (Filliuc.) vel etiam triū; quia censeri debet notabilis pars diei, vnde aliqui tertiam, aut quartam partem diei requirunt. Marchant. *ibid.* ref. 36. & p. 5. tr. 5. ref. 6.

6 Rustici qui diebus festis inter se contractus celebrant, & Notarij qui adsunt, non peccant, modò absit scandalum: quia necessitas illos excusat, cū aliis diebus operi sint intenti. Caietan. & alij 3. Item tonsores qui festis diebus tondent, & radunt nouaculâ, quiq̄ue ad tonstrinam accedunt, ratione consuetudinis, quæ toleratur à Prælati, & ratione lucri cessantis; quia aliis diebus propter occupationes, tondendi non accedunt. Fernandez p. 2. tr. 15. ref. 34.

7 Opera seruilia quæ fiunt ob pietatē, v.g. eleemosynam, non sunt tamen licita diebus festis. (Fagund. & alij 4.) quamuis multi contrarium doceant, saltem quando secretò fiunt, vt suere, &c. non autem si publicè, vt ædifica-

re. Villalobos & alij 6. p. 4. tr. 4. ref. 177.
 8 Puellas laborantes diebus festis ad
 vitandam otiositatem, excusari docet
 Villalob. & alij 5. Item facere recamatu-
 ras siue acupingere, non esse servile
 magis quam penicillo pingere docet
 Azor. & alij 3. sed an probabiliter cu-
 cogita. p. 6. tr. 6. ref. 15.

9 Servo infideli possunt imponi ope-
 ra servilia die festo. p. 5. tr. 14. ref. 7.

10 Concedere licentiam diebus festis
 vacandi operibus servilibus, spectat ad
 solum Episcopum, non autem ad iudi-
 ces seculares, neque hi punire possunt,
 quibus Episcopus eam licentiam con-
 cesserit. Momobon. & alij 2. p. 4. tr. 11.
 resol. 94.

Feudum.

MVtus, & surdus non succedunt in
 feuda, nisi servitium domino pra-
 standum sit tale ut à quovis sanæ me-
 tis præstari possit p. 5. tr. 6. ref. 21.

Fides.

Ignorantia crassa, & vincibilis my-
 steriorum fidei, est speciale pecca-
 tum in confessione explicandum; Est
 enim negligentia addiscendi articulos
 fidei, quæ opponitur virtuti studiosita-
 tis